

Dñica prima post trini.

nicauit beatum Aug. de manibus honorij epi-
scopi. Sic etiā dicit de immolatiōe agni pasca-
lis. *Exod. xij.* ubi nulla mentio fit de potatione
Sic et de manna. *Exod. xvi.* Quid autē est contra
naturam pbatur. quia reperiunt aliqui homi-
nes qui ex natura nō possunt bibere vinum vel
etiam odorare. et per consequēs etiā nec sub spe-
ciebus vini cōicare. ideo dicit Alexander de ba-
lis. in. iij. pte sue summe. Quia christus integre
accipitur sub vtraq; specie sufficit christū sume-
re sub specie panis tm̄. Sed d. a. tm̄ videt q̄ fide-
les nō debēt sumere corp⁹ christi sine sanguine
Quia dicit Gelasius papa. de pse. di. ij. c. Com-
perimus. q̄ quidam sumpta tantūmodo corpo-
ris sacri portione a calice sacraei cruoris absti-
nent q̄ pcul dubio nescio qua supstitione docē-
tur astringi aut integra sacramēta picipi. aut ab
integris arceant. quia diuisiō vnius eiusdemq;
mysterij sine grandi sacrilegio nō pōt puenire.
rūdet q̄ ille canon loquit de cōficiēte scz sacer-
dote. q̄ si conficeret et sanguinē nō sumeret a cō-
munionē p integrum annū repelleret fm̄ rigo-
rem iurj. Aliter rūdet fm̄ sanctū Tho. pte vlt.
q. lxxx. art. xij. q̄ circa vsuz sacramēti duo pos-
sunt p̄siderari. vnū ex pte ipsi⁹ sacramenti. ali-
ud ex pte sumentium. Ex pte quidē sacramenti
conuenit q̄ vtrūq; sumat videlicet corpus et san-
guis. qz in vtroq; consistit p̄fectio sacramenti.
et ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc p̄scre-
re sacramētū et p̄ficere. nullo modo debet cor-
pus christi sumere sine sanguine. Et pte autē su-
mentium requirit summe reuerentiā et cautela ne
aliqd accidat qd vergat i inuriā tanti mysterij
qd p̄cipue posset accidere in sanguinis sumptione
ne q̄ dū incaute sumeret de facili posset effudi.
Et quia crescente multitudine populi christiani
in qua continent senes et iuuenes quorū qdam
non sunt tante discretiōis vt cautelam debitam
circa vsū hui⁹ sacramēti adhiberēt. ideo pui-
de obseruat vt populo laicali sanguis nō detur
sumendus. sed solū a sacerdote sumat. Sed d.
aliqs. nunqd salubre sit quotidie celebrandum
vel cōicandū? omisiss ergo argumētis dicit Bo-
nauē. in p̄ncipali. ij. q. ij. Si aliqs videat se eē
in statu p̄mitiue ecclie laudandū est quotidie ce-
lebrare et cōicare. Si autē in statu finalis ecclie
vt pute frigidus et tardus cōsulendum est vt ra-
ro. Si autem medio modo se habet debet se ha-
bere medio modo. et aliquando debet cessare vt
discat reuereri et aliqn accedere vt inflāmetur i
amore. quia tali hospiti debetur honor et amor
Et subdit. Omnes rationes que vident sonare
ad quotidianam cōmunionē itelligunt salua p̄-
paratione que in paucissimis est vt semper. vñ
credo q̄ maiorem efficaciam recipit hō in vna

missa vel cōmuniōe cū bona p̄paratiōe q̄ i mul-
tis si nō p̄pararet se diligēt. Et subdit. Uterq;
enī dabit gloriā deo. et q̄ manducat cum reue-
rentia et qui ex reuerentia dimittit.

Dominica prima post festum
sancte trinitatis. Sermo. j.

Homo quidā
erat diues qui induebat purpu-
ra et bysso et epulabatur quoti-
die splendide. Ita scribit *Luc. xvi.* Narrat ful-
gentius et Homerus in scrutillario poetarum
q̄ status diuitiarū depingebatur vt mulier va-
ga coronam habens in capite oculis velata sce-
ptrum regale tenens in manu pauonem habēs
vestimentis varijs induta sedens in curru quez
trahabant quattuor leones. Moraliter per p̄-
mum scz mulierem vagam diuitiarum fortune i-
stabilitas designatur. quia sicut mulier incon-
stans multos habet amatores. quos tamē non
dū amat. Sic diuitie nunc vni cito alteri cōsu-
guntur. et tamē in fine vtrūq; derelinquūt. ideo
dicit *Aristo. viii. Ethic.* Quanto maior fortuna
tanto minus secura. Et *Egesippus* dicit. poete
fortunam in cauda serpentis locauerunt tanq̄
per hoc intendentes demonstrare q̄ fortuna in
fine venenoso acumine ledit. quos prius in vi-
ta tam dulciter delectabatur. Per secundum
scz coronā in capite. datur intelligi q̄ diuites
volunt honorari. *Iuxta illud Phil. iij. ethic.*
Potentatus et diuitie propter honorem dele-
ctabilia sunt habentes etiam ipsa honorari vo-
lunt propter ipsa. Per tertium vero q̄ erat ocu-
lis velata innuitur q̄ omnis diues auarus cec⁹
est nō p̄uidens mala que sibi iminent. et hec ceci-
tas figurata est in cecitate ceci nati. *Ioh. ix.* qz
dñs volens illuminare eū linuit oculos ei⁹. luto
insinuās esse causam cecitatis illi⁹. lūtū istorū
tēporaliū. de hac cecitate legit *Tob. ij. q. To-*
bias fuit excecatus stercozib⁹ hirundinūz cali-
dis que sup oculos ei⁹ ceciderūt. Hirundo enī
garrula et depicta felicitatem designat hui⁹ mū-
di que est quedaz pulchritudo depicta et tumultuosa
que calida stercoza proijcit super oculos
cordis. id est. temporalia ista vt deum non vide-
ant. quia dicit glo. super illo verbo ps. x. *Da-*
ne astabo tibi et videbo. deum non videt q̄ tem-
poralibus adheret. Per quartum vero q̄ sce-
ptrū tenet in manu. figuratur q̄ diuitijs obedi-
unt omnia sicut et regi sceptrum tenenti. *Iuxta*
illud Eccl. x. Pecunie obediūt omnia. Per qn-
tum q̄ pauonem habet in manu qui dum cau-
dam eleuat anteriora ornat et posteriora detur

pat significatur q̄ diuites q̄ diu viuunt omnia bona sunt bene ornata. Sed respiciendo caudā videlicet mortis nudus et spoliatus turpiter ad infernum vadit. **Iuxta illud. j. Tim. vj.** Nihil intulimus in hunc mundū. Haud dubium quia nec auferre quid possim⁹. Per sextū q̄ varijs vestimentis erat induta significatur ad litteras q̄ diuites varia habent vestimenta. et de nuditate pauperū nulla est eis cura. propter quod dicit eis **Jacobus apostolus. c. v.** Agite nunc diuites plorate et ululantes in miserijs vestris diuitie vestre putrefacte sunt et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Per septimū q̄ sedebat in curru in quo illud quod nunc est in rota superi⁹ cito fit inferi⁹. significat q̄ homo q̄ nūc est in alto diuitiarum et honoris cito cadit in infimo paupertatis. quia **fm ps. lxxiij.** hūc humiliat et hunc exaltat. et ideo cū admiratiōe exclamat metrista. O bona fortuna cur nō es omnibus vna. Respondet ipsa. Si nō mutarer fortuna non vocarer. Per octauū q̄ hunc currum trahabant quattuor leones. significatur q̄ currum diuitiarum trahunt quattuor peccata videlicet superbia gula immiseriordia et negligentia. hec oīa p̄dicta patēt i diuite. de quo dicit cū geliū. Nā in mūdo fuit honoratus. habuit multa vestimēta. fuit superbus quia purpura indutus. fuit gulosus quia epulabatur quotidie splendide. fuit immisericos quia pauperi non dabat de micis que cadebant de mensa sua. et fuit negligens quia p̄p̄iam neglexit salutem. Et hec p̄tendūt verba allegata in quibus diues iste de triplici peccato vel macula dephenditur. videlicet de impietate in retinendo ibi. erat quidam diues. de vanitate in vestiēdo ibi. qui induebatur purpura et bysso. de gulositate in comedendo ibi. et epulabatur quotidie. **Quantū ad primū rep̄hendit iste diues de impietate in retinendo.** cum dicit. homo quidā erat diues. Ex quo patet sua impietas. q̄ diues fuit et pauperi nihil dedit. s̄ diuitias auare retinuit. Pro quo notandum q̄ tria sunt genera diuitiarum. vt dicit **Hol. lec. cxiij.** Temporales periculose. spūales virtuose. et eternales gloriose. Prime diuitie sunt tēporales piculose. et dicūtur piculose propter tria. quia repellunt veritatem a cognitione securitatem ab estimatione. vnitatem ab affectione. Diuites enī non possunt habere verā dei cognitionē nec sui nec p̄ximi. Primo quia nō habent cognitionem dei. quia fallacia diuitiarum verbum suffocat eis et sine fructu efficiuntur. **Matt̄. xij.** in cuius figurā legitur **Matt̄. ij.** q̄ dominus regibus principibus in somno. pauperibus vero pastoribus in vigilia perfecta se ostendit. in signum q̄ pauperes deo clariozem

cognitionem de deo q̄ diuites p̄sequūtur. **Ad figuratum etia fuit in zacheo qui fuit p̄nceps publicanorū et diues et tñ statura pusillus erat et non poterat p̄e turba videre. Iesum donec arborem ascendisset. Sic diuitijs constipati et familijs sunt parati in statura virtutum et comprimuntur sollicitudinibus et pressuris negotiorum et officiorum q̄ non vacat eis cogitare de Iesu nisi valde raro q̄ semel forte in anno circa quadragesimam vel circa pasca arborem ascendunt penitentie et contemplatiōis deuote et inuitant illum in domum suam cito tamen descendunt et deficiunt. Et ideo diuitie sunt in pluribus excecantes oculos spūales vt cuiuslibet dici posset illud **Apoc. iij.** Dicis q̄ locupletatus et diues sum et nullius indigeo et nescis q̄ miser es et miserabilis et pauper et cecus et nud⁹. Sic etiam iste diues de quo dicit p̄ntis thematicus verbū fallacia diuitiarū suffocatus verā cognitionem dei non habuit cum in hoc seculo vixit. Sed cum esset mortuus oculos cognitiōis aperuit cum **Abraam et Lazarum** in sinu eius vidit. Et similis fuit hic diues talpe que est bestiola parua odiens lucem et fugiens. radices sub terra comedens et in ea semper manens. de hac dicit **Aris. li. animalium.** Omne animal generans sibi simile habet oculos p̄ter talpā. nō q̄ careat oculis sed eos habet non apparet. Si quis autē inciderit ehorium subtiliter inuenit et interius vestigia latentium oculorum. Et dicunt aliqui q̄ illud ehorium rumpitur p̄e angustia quando incipit mori et tunc incipit oculos aperire in moriendo que eos clausos habuit in viuendo. Sic iste diues (sicut et multi adhuc sunt) fuit paruus in virtutib⁹ quia paucas vel nullas habuit quia in vitijs magnus fuit. Quia **Eccl. xj.** Si fueris diues nō eris immunis a peccato. christū etiā verum solem fugit et in terrenis cupiditatibus semper fuit. p̄pter qd deum non cognouit. quia dicit **ps. lviij.** Super cecidit ignis scilicet cōcupiscētie terre et nō viderunt solē. Sic qui non vidit viuens vidit moriens. Quia dicit **Greg. in omel.** Oculos quos culpa claudit pena aperit. Et idem dicit in mora. et ponitur **dis. xxxviij. c.** Quia ea. Quicumq̄ stultus est in culpa sapiens erit in pena. Secundo non habent cognitionem suisipsius propter duo impedimenta que cōmunē diuites impediunt ne seipsos cognoscant. Primū est vera dicentium raritas. Nam pauci sunt qui diuitibus dicunt veritatem. quia **fm Salustium** in tugurtino. Veritas apud diuites et magnates odium parit. ideo dicit **Sene.** Monstrabo tibi qd omnibus possidentibus desit scilicet qd verum dicant. Nemo enim audet dicere quid fa-**

Dñica prima post trini.

cis hoc contra deum est et contra propriam salutem. Secundum est adulantium falsitas. tot enim sunt adulatores diuitu de familijs de amicis de vicinis de extraneisq; q; proprios defectus non possunt aduertere. **Naz** dicit **Sapiens Eccl. xlii.** Diuiti decepto multi recuperatores. Locutus est superbiam et multi iustificauerunt illum. Et infra. diues inquit locutus est et omnes tacuerunt et verbum illius vsq; ad nubes perducunt et hec duo impediuerunt hunc diuitem q; propriam non cognouit salutem. Quia autem apparuerit veritas domini adificiens penas et sublati adulatores decipientibus animas se cognouit. sed tarde fuit. **Nam Luc. xvi.** dicitur. q; cum esset in tormentis eleuans oculos vidit **Abraam** et **Lazarum** a longe et bene a longe. quia longe est dominus ab impijs. **Proverb. xv.** Et **ps. cxviii.** Longe a peccatoribus salus. et quia vidit eos a longe. ideo clamauit pater **Abraam** miserere mei. clamauit enim pre dolore. **Iuxta illud Esa. lxxv.** Clamabitis pre dolore cordis et pre contritione spiritus ululabitis. Sed q; clamans petijt sibi misereri stultus fuit petitio. quia iam fuit extra statum merendi et misericordie. et hoc innuit cum dicit. Inter nos et vos chaos magnum firmatum est. vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possunt neq; inde huc transire. Et chaos hoc magnum ponitur pro impossibilitate merendi quo ad damnatos. et pro impossibilitate compatiendi quo ad beatos qui beati in gratia confirmati non possunt compati damnatis quia de dei iusticia non gaudet. Nec damnati mereri possunt beatis sociari quia sunt obstinati et extra statum merendi. et hoc est obstaculum impediens ne possint ad inuicem peruenire. Simile ponit magister i. iiii. dist. vii. c. iiii. dicens. Quod est chaos inter bonos et malos. nisi hinc iusticia inde iniquitas q; nullo modo sociari valent. Adeo eni sancti dei addicti sunt iusticie vt nulla compassione ad reprobos transire valeant. ideo hortatur **Sapiens** quemlibet qui vult vt ibi misericordiam habeat. q; hic anime sue misericordiam faciat. **Quid dicit. Miserere aie tue placens deo. Eccl. xxx.**

Tertio hic diuites non habent cognitionem pauperis proximi. Nolunt enim cognoscere defectum ipsorum in platea degentium et clamantium vt congrue conueniat eis illud hie. **Thren. iiii.** Denigrata est facies eorum super carbones. et non sunt cogniti in plateis. Quia vidi in pluribus charistie necnon alijs anni temporibus incedere pauperes in solis ardoribus et iacere in platearum pulueribus vt facies eorum quasi denigrata videretur. Pauci tñ diuites hoc attendere voluerunt vt eorum inopiam prebendo ho-

spitia releuassent. et fortassis illis contingit et quibusdam adhuc contingit. sicut accidit huic diuiti ad cuius ianuam pauper **Lazarus** mendicus vlceribus plenus iacebat cupiens saturari de micis que cadebant de mensa eius et nemo illi dabat. Sed et canes mitiores huic diuiti veniebant et lingebant vlcera eius. Sed quid sequitur attende. Factum est inquit vt moreretur mendicus et portatus est ab angelis in sinum abrahe. mortuus est autem et diues et sepultus est in inferno. Sed vide mirabile. diues qui hic **Lazarum** cognoscere nolebat ipsum ibi in requie cognoscebat. Et cui micam panis denegabat. aque guttam ab ipso postulabat dicens. Pater **Abraam** mitte **Lazarum** vt intingat extremum digiti sui in aqua vt refrigeret linguam meam. q; crucior in hac. s. lingua flamma. ideo dicit **beatus Gregorius** in omel. super illud **Luc. xvi.** Diues iste qui **Lazarus** pauperi mensam suam minima dare noluit in inferno ad querenda minima peruenit. Secundo ideo iste diuitie temporales sunt periculose quia repellunt securitatem ab estimatione. **Luz** enim diues per diuitias suas estimat securitatem inuenire statim incipit timorem habere. Semper enim sunt in timore perdendi pecunias terras et thesaurum. Et cum sunt sine securitate. sunt et per consequens sine iocunditate. **Unde Augustinus** li. vi. confessionum. narrat. q; transiens per quendam vicum vidit pauperem iacentem et iocundantem et ingemuit loquens ad socios suos. omnibus inquit conatibus quibus laboramus nihil vellemus nisi ad securam leticiam peruenire quo nos iste mendicus precessit. et subdit. Ne letabatur et ego anxius eram. iste securus. ego trepidus. Refert etiam in annulo parte. ij. cap. lxxxviii. q; apud montem pessulanum fuit quidam pauper nomine **Rubinus** qui morabatur sub gradu cuiusdam diuitis viri. sed auari. Iste pauper habebat vigellam quam post laborem in communi strato tetigit. et aliquando quattuor et aliquando quinque denarios lucratus est de quibus solacium magnum fecit. Contra vero dominus suus avarus diues nunquam letabatur. Cui vxor. domine mi **Rubinus** nihil habet et semper iocundatur et vos abundetis et semper tristis estis. cui ille ego auferam leticiam illam. vnusq; dierum faccumque plenum pecunia per fenestram latenter in cameram **Rubini** proiecit. ille inuenta tota die cogitauit quid agere posset et emere et tantum penitus dimisit. Post aliquot dies dixit avarus vxori. quare modo non cantat **Rubinus**? et vxor nescio inquit. quia iam diu non cantauit. dixit ille. reddam ei cantum. Et descendit ad eum petit pecuniam. qui non audens negare restituit

et accepta vigella vt prius vigellauit. Et diues
vixit. Ecce inquit Rubinus iterum cantat et se
riem ei enarrauit. Ideo notanter in cantu suo
dixit Maria Luc. i. Esurientes impleuit bonis
et diuites dimisit inanes. Illud est inane qd ap
paret esse repletum et est vacuum. ita diuites vi
dentur exterius sine metu. sine turbatione. et si
ne sollicitudine. et tamen interius sunt tristitia
pleni et timore. Ideo dicit Sen. Quisquis inqt
volet agere tutam vitam ista viscata benefi
cia deuitet. et per beneficia viscata intelligit bo
na temporalia. quia fm Augustinum. bona tem
poralia sunt bona viscata. Et beatus Gregori⁹
Nihil enim periculosius et laboriosius terrenis
desiderijs estuare. nihil quietius q in hoc mun
do nihil appetere. Tercio diuitis iste tempora
les repellunt vnitatem ab affectioe. causant eni
inuidias et turbationes bella rixas et discordi
as. vt Sen. xij. de Abraam et Loth consangu
neo suo. de quibus dicitur. Erat enim substan
tia eorum multa et non quibant habitare co
muniter. ideo diuitie sunt parupendende. Ju
xta illud Lathonis. Despice diuitias si vis ani
mo esse beatus. Et Sen. epistola. xviij. Nemo
alius est deo dignus nisi qui contempserit diui
tias seu opes. Qui autem voluerit eas contem
nere debet attendere q nihil secum in hunc mu
dum portauit nec quicq secum asportabit. S
dicit Ambrosius. et habetur. xlvij. dist. ca. Si
cut hi. Diuitias nihil sic facit contemni sicut re
cordatio pauperis finis et principij. Sed nota
q diuitie sunt sic ptemnende. q non snut nimiru
amande nisi quo ad vsum. Ideo dicit bea⁹ Hier
onymus. xij. q. j. duo. Laicis inquit licet tem
poralia possidere. Sed non nisi ad vsum. nihil
enim miserius q propter nummum contemne
re deum. Et dist. xxx. c. hoc scripsimus. dicitur
Non est peccatum habere diuitias si assunt bo
na opera. Innocen. etiam de vi. hu. condi. li. ij.
c. xj. Ceterum inquit. Abraam diues fuit. Job
locuples. Dauid opulentus. et tamen de Abra
am dicit scriptura. Credidit Abraam et reputa
tum est ei ad iusticiam. Sen. xv. de Job dicitur
Non erat similis illi in terra. c. j. De Dauid. In
uenit dominus virum fm cor suum. Ac isti fue
runt quasi nihil habentes et omnia possidentes
Nos autem sumus omnia possidentes et quasi
nihil habentes. Juxta illud ps. xxiiij. Diuites
eguerunt et esurierunt. hec ille. Et de christo di
cit Augustin⁹. c. habebat. xij. q. j. Habebat do
minus loculos a fidelibus oblata conseruans
et suorum necessitatibus alijsq indigentib⁹ tri
buebat. Secunde diuitie sunt spirituales et vir
tuose. et he sunt gratie et operationes virtutum

et boni mores. de his diuitijs dicit Gregorius
omel. xv. super illud Luc. viij. Exijt qui seminat
et c. diuitie vere sunt que nos virtutibus diuites
efficiunt. Si ergo fratres diuites esse cupitis ve
ras diuitias amate. Si culmen veri honoris q
ritis ad celeste regnum tendite. Si gloriam di
gnitatis diligitis in illa superna angelorum so
cietate ascribi festinate. Ad has etiam diuitias
cumulandas hortatur apostolus. j. ad Timo.
vj. Diuitibus autem huius seculi precipe non
sublime sapere. id est. non per superbiam eleua
ri nec sperare in incerto diuitiarum scilicet po
nendo finem in eis. quasi diceret. Sed precipe
diuitibus bene agere. diuites fieri in operibus
bonis. facile tribuere. communicare. thesauri
zare sibi fundamentum bonum in futurum vt ap
prehendant veram vitam. Sed nota. homines
qui sunt diuites in his spiritualibus diuitijs in
duuntur purpura et bysso et epulatur quotidie
splendide. Quid per purpuram nisi splendor cha
ritatis sine qua alie virtutes nihil psumt. Quia
dicit Thomas de argen. in compen. theo. veri.
li. v. Charitas est bonorum principium quia a
deo ipsa est et bonorum medium. quia propter
deum. vel aliter. Charitas dicitur bone opera
tionis principium quia manet ad illud. Juxta
illud Gregorij. Charitas operatur magna si e
dicitur et medium quia opera informat. dicitur
quoq finis. quia opera dirigit. et ad finem de
bitum perducit. Et subdit. quomodo charitas
dicitur finis. Sciendum aut q finis est triplex
consumptionis. consummationis. et terminatio
nis. Primo charitas dicitur finis peccatorum S
quia ipsa consumit. Secundo modo est finis p
ceptorum. quia illa scilicet perficit. Tercio mo
do quia ipse deus qui e vita eterna est finis no
stri laboris. Sed ipsa vita eterna debet esse ter
minus in quo quiescitur. Charitas dicitur for
ma virtutum. Primo quia mouet omnes virtu
tes ad opera exteriora. per que perficiuntur vir
tutes et merentur augeri. Secundo modo quia
omnes virtutes mouentur ad finem charitatis
scilicet ad bonum. Charitas enim habet bonu
pro fine et obiecto. Alie autem virtutes habent
bonum non pro obiecto. sed pro fine tantum. et
ille finis virtutum perfectionem denotat. Ter
tio quia charitas augmentat virtutum delecta
tionem. et tollit fastidium et alleuiat onera pro
pter ipsius desideriu. Quarto. quia replet ani
mam et perficit non quidem in esse nature sed in
esse gratuito et meritorio. hec ille. ideo necesse e
vt homines in virtutibus diuites fiant. q pur
puram charitatis habeant. quia dicit Augusti
nus in quodam sermoe de charitate. Charitas

Dñica prima post trini.

est dulce et salubre vinculum sine qua diues pau-
per et in qua pauper diues. **Sed** quid per byssum
primo iusticia. quia dicit de sponsa agni. **Apo.**
xix. Genuerunt nuptie agni et vxor eius scilicet fi-
delis anima preparauit se et datum est illi ut co-
operiat se byssino splendenti et candido. **Et ex-**
ponit quid sit byssus. Byssini enim sunt iusti-
ficationes sanctorum. hec vestis alba iusticie ho-
minem diuitem in virtutibus exaltat. **Iuxta il-**
lud **Eccl. xx.** Qui operatur iusticia ille exaltabi-
tur. **Et Proverb. xiiij.** Iusticia eleuat egentem
Contra vero dicitur de quibusdam in ps. cxi.
Propter enim iniusticias suas humiliati sunt.
Secundo per byssum intelligitur virginitas. **Iu-**
xta illud **Proverb. xxxi.** Byssus et purpura idu-
mentum eius. et precipue debent polleere virginita-
te qui vere volunt diuites esse in virtute. Quia
fm **Amb. li.** de virginitate. Virginitas est extir-
patrix vitiorum et auctrix sola spiritualium me-
ritorum. **Sed** quid per quodiamam epulationem
certe conscientie intellige iugem iubilationem.
Nam conscientia exonerata vitij et repleta vir-
tutibus semper est leta et delectabiliter viuunt si-
cut homines in conuiuio quotidiano. **Iuxta il-**
lud **Sapientis.** Secura mens quasi iuge con-
uiuium. **Et** cor gaudens in bona conscientia fm
intellectum exhilaret faciem scilicet interiorum
Proverb. xxx. Tercie diuitie sunt eternales et
gloriose. in istis enim perpetuitas sine transiti-
one. securitas sine fatigatione. iocunditas sine
affectione. societas sine defectione. de quib⁹ in
ps. cxj. Gloria et diuitie in domo eius. **Et** i alio
ps. xxxvi. Spera in domino et fac bonitatem et
pascaris in diuitijs eius. de istis diuitijs dicit ma-
gister **Albertus.** De sunt preclare diuitie indefe-
ctibilesque thesauri que ditant animam mentisque
perficiunt et omnem congeriem continent digni-
tatum. he sunt opes non terrene sed superne quibus
non incolatur humana possessio. non munda-
na facultas habetur. quibus non proferunt
arua tribulos. nec campi spinas tribuunt. nec
preciosa gignunt tineas. nec deposita timent fu-
res. nec dormientium curant somnia. nec vigili-
as cogitata perducunt. **Sed** omnium quietum
afferunt plenitudinem cum diues deus posside-
tur. hec **Albertus.** Illi diuites induuntur velut
reges celestes purpura et bysso et quotidie epu-
lantur splendide. Purpura namque est vestis ru-
bea in sanguine cuiusdam piscis tincta. et con-
uenit omnibus martyribus qui venerunt ex ma-
gna tribulatione et lauerunt stolas suas in sangui-
ne agni. **Apo. viij.** Sed byssus est vestis candi-
dissima et albilissima. et conuenit omnibus confes-
soribus et virginibus qui in castitate domino ser-

feruierunt et ibi ambulant secum in albis. quia
digni sunt. **Apo. iij.** Sed quotidiana ipsorum
epulatio nihil aliud est quam eterna exultatio. ideo
dicit deuotus doctor **Anadus** in hora sap. li. j.
c. xj. Quod felix ciuitas ubi iugis sollemnitas. et
quod iocunda curia omnis cure proorsus nescia. be-
ati proinde et felices qui ad dictum conuiuium
sunt inuitati. **Et** subdit. O vos celestes princi-
pes. o nobilissimi reges. o impatores. o filij dei
excelsi omnes diuine consortes nature. quod inen-
sa hilaritate facies vestre videntur perfuse. cor-
da vestra quod copiose et supereminenter cernuntur
superfluere pre exultatione. ferta de fertis aurea
ineffabiliter micantia facie chorufci. et indumen-
to splendidi et cantu iocundi et fertis redimiti.
Quantum ad secundum iste diues reprehenditur
de vanitate in vestiēdo cuius dicitur. qui indueba-
tur purpura et bysso. **Circa** quod notandum di-
uites multipliciter excedunt in suis vestibus. **R**
Primo in supfluitate. et hec superfluitas potest
esse in veste vna vel in pluribus et aduerti vel per-
pendi in vna quando vestis est nimis ampla aut
nimis longa. in qua superfluitate communiter ex-
cedunt prelati sacerdotes et mulieres. Primo
quidem sacerdotes prelati qui longas habent
vestes cum quibus terram purgant. **Contra** quod
inhibitum est eis extra de vita et bone. clerico-
rum. c. **Alerici.** Ne deferant nimis breues nec
nimis longas cum dicitur. clerici clausa desup
deferant indumenta nimia breuitate vel longi-
tate non notanda. Secundo excedunt in hoc mu-
lieres que longas trahunt post se caudas longis
vestibus terram tegentes. **Et** de nuditate chri-
sti in pauperibus non curantes. caudis suis pu-
lices colligunt et puluerem hominibus mouent
christum vero quem in tot pauperibus nudum
vident non operiunt. valde enim est reprehen-
sibile quod tales caudas sibi assumunt cum tamen
natura homini denegauit. **De** caudatis vesti-
bus mulierum vide etiam supra f. iij. **¶** In pluri-
bus etiam fit excessus. Sunt etiam nonnulli tamen
clerici quod ciues et mulieres qui volunt habere di-
uersa paria vestium. et potius volunt vestimen-
ta sua comedi a tineis quam inde vestire nuditatem
pauperis. **Nam** fm **Bernardum.** clamant nu-
di et clamant famelici et conqueruntur nobis
fame et frigore miserabiliter laborantibus quod
conferunt tot mutatoria vel extensa in partitis
vel implicata manticis. quasi diceret. nihil con-
ferunt eis ad salutem. **Sed** faciunt eos fures et
eternam afferunt damnationem. de primo quod ta-
les sunt fures. patet ex hoc. quia furantur illis
quod debetur pauperibus si seruant aliquid quod
non est necessarium suis visibus. Quia dicit beatus

Amb. dist. xlvij. c. Sicut hi. Non maius criminis est habenti tollere q̄ cum posses et abundas indigentibus denegare. Esurientium est panis. id est. debitus esurientibus quem tu detines nudorum indumentū quod tu recludis et miserorū est redemptio et absolutio est pecunia quā tu in terra refodis. Tantoū ergo te scias bona inuadere quantū possis prestare quod velis. id est. velle debes. Sed alia littera habet quod vales. De secundo dicit beatus **Jacobus.** c. v. Agite nunc diuites plorate ululantes in miserijs que euenient vobis sc̄z in eterna damnatiōe diuitie vestre putrefacte et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. Refert enim **Cyillus** in epistola ad **Augustinum.** Quidam presbyter cardinalis **Andreas** nomine gloriofissimi **Hieronymi** deuotissimus cultor in romana vbe expirauit. q̄ cum in ecclesia esset peractis exequijs que solent fidelium tumultandis exhiberi corporibus assiste te summo pontifice cum pene toto clero et populo romano qui ad eundem **Andream** venerāt honorandum dum emissis ululatibus et crebris gemitibus in feretro cunctis stupentibus et veluti amentibus effectis. tanq̄ si a somni dormitione excitaretur mirabiliter exurrexit. Cūq̄ a romano pontifice remoto de ecclesia maiori beati **Petri** apostoli vniuerso populo clausisq̄ foribus interrogaretur intulit illa verba. dum starem in diuino examine iudicandus et iam ppter vestium et ciborum quibus hactenus vsus eram nimiam superfluitatem tathareis cruciatibus condemnarer. subito veniens quidam sole splendidior niueq̄ candidior. quem fuisse gloriosum **Hieronymum** ad se innicem referentib⁹ qui astabant intellexi. presidēti iudici flexis genibus animam meam corpori meo iterum iungi porrectis precibus impetrauit. Quibus finitis verbis in ictu oculi animā inde recedens corpori est coniuncta. Quod audiens summus pontifex et ceteri qui extra ecclesiā expectabant fractis ecclesie foribus ecclesiam protinus intrāt omnes magnis vocibus deum et beatum **Hieronymum** collaudantes. Et ibidem venerabilis **Cyillus** affligitur de quibusdam clericis q̄ vestimentorum de die in diem superfluitatib⁹ vtūtur. de pauperibus vero quorū mercedē raptā manu latrocinij deuorant fame morientibus et frigore non curantes. Et ponit adhuc ibi exemplum terribile. q̄ in superioribus egypti partibus. quidam monachus **Helias** nomine degebat magna radians vite sanctitate incumbens hic solitis orationibus somno repentino adueniente aliquantulum obdormiuit. et ecce in visione in quodā palatio mire ineffabilisq̄ pulchri-

tudinis et a mortalitatibus nunq̄ visum vt sibi videbatur erat. Cum per palatium illud p̄ hoc ram huc illucq̄ gradiēs. eius pulchritudinēq̄ ammiraretur tam vehementer vidit quoddam preparari tribunal a quibusdam nimie pulchritudinis iuuenibus. stratis tapetibus et vestibus auro gemmis et multa artificij varietate decorari circumquaq̄. In quo postmodum rex quidam maximus et decorus eius aspectus tante erat suauitatis vt nihil vellet aliud quas habere sole lucidior comitatus societate veniens se posuit vt iudicia exerceret. inter hec cuiusdam anima quam fuisse anthonicanum presulem ab aliquibus ibidem existentibus postmodum intellerit. Nequā spiritū (cathenis igneisq̄ vinculis vincta instar fornacis flammā erumpens sulphuream) deportata. maiestati regie presentatur que prius q̄ de aliquo interrogaretur. cepit diris vocibus se infernalibus mansionibus dignissimam acclamare. hanc inter ceteras maxime assignans principalem causam qm̄ vanis mundi pompis intentus in conuiuijs et vestib⁹ huiusmodi stulticijs delectabatur. Quibus finitis lata per iudicem sententiā. vt penis infernalibus traderetur donec corpori iuncta duplices penas in perpetuum ibi sustineret. mox illum secum ferens illa nequam spiritus turba inde cū diris clamoribus recessit. Secūdo excedit aliq̄s in vestium preciositate. Nam sicut habetur ex **W. li. Gen. iij. c.** q̄ materia vestium quas fecit dominus primis parentibus fuit vilis multum. qz de pellibus animalium mortuorum. quia dicit. fecit deus eis tunicas pelliceas. Deinde p̄cessum ē ad lanam puram que lenior est q̄ pellis. Tercio processum est ad corticē herbarum videlicet ad linum. Quarto ad stercoza vermium videlicet ad sericum. Quinto ad aurum argentum et ad lapides preciosos et ad tunicas colorum preciosorum. de quibus preciose vestes veniunt vt purpura que est vestis imperialis et regalis. et si alius q̄ rex vel imperator purpura vteretur excedit statum suum et offendit deum. In signum istius legitur. q̄ iste qui inter romanos primitus purpura utebatur a fulmine percussus est. et sic subitanea morte interiit in terram et exemplum sequentibus ne vnq̄ aliquis audeat se contra deū superbe in vestibus erigere preciosis. Et ex illo q̄ ille diues qui ad litteram vt vult **Ambrosius.** fuit ciuis in hierusalē et veste purpurea suo statui non congruente utebatur fuit reprehensibilis. Ideo dicit **Greg⁹.** in omel. Si cultus preciosarum vestium culpa nō esset sermo dei tam vigilanter non exprimeret q̄ diues qui torquebatur apud inferos bysso et

Dñica prima post trini.

purpura fuisset indutus. hec Gregori. Sed est valde notabile qd nō legitur de isto diuite qd diuitias suas male scilicet per rapinam et usuram acquisiuit et tamen qui se forte de bene acquisitis inordinate vestiuit damnatus fuit. Quid dicam tunc de illis qui de re iniuste acquisita se vestire volunt. sicut sunt ciues usurarij. militares. predones. et ipsorum vxores qui de lachrymis pauperum vestes deferunt preciosas quas dicere possunt magis sanguinolentas. Iuxta illud iere. ij. In alis tuis inuentus est sanguis animarum. vbi dicit glo. Guilbel. Ale intelligi possunt extremitates superborum palliorum qui bus alis volatur in infernum non in celum. Et subdit. in alis istis inuenit duplex sanguis pauperum. Spolia enim pauperum ex quibus est vestis illa pciosa cōparata iudicio scripture sunt sanguis pauperum et vita eorū. Iuxta illud Eccl. xxxij. Panis egentium vita eorum et qd defraudant illum vir vel homo sanguinis est. Alio sanguis qui in alis illis inuenitur est sanguis ipsius hominis siue viri siue mulieris qui vel que defert vestem preciosam de re iniuste acquisita emptam. mors enim sua iacet ibi cum ad damnationem suam defert illam. Ideo nota qd homo qd vult se a talibus vestimentis preciosis cohibere debet vilitatem sui corporis attendere. Quid enim est corpus nostrum nisi cinis de terra factum et cito in terram pulueremq; redigendum. Ideo fm Gregorium. Indignum est vili cineri purpureum indumentum. Ideo Innocenti. de vi. hu. condi. li. ij. c. xxxvj. Quid est homo preciosis ornatus nisi sepulcrum foris dealbatum intus autem plenus spurcia. dicit enim beatus Augustinus. qd corpus peccatoris anime mortue est sepulcrum et certe. quia homo taliter ornatus preciosis est sepulcro dealbato similis ve sibi. quia dicit dominus Matth. xxij. Ne vobis scribe et pharisei hypocrite qd similes estis sepulcris dealbatis que foris apparent hominibus speciosa. intus vero sunt ossibus mortuorum et omni spurcia plena. Sed diceret aliquis. nūquid constituti in dignitatibus vel ministri altaris debent vti preciosioribus vestibus? Respondet sanctus Thomas. ii. ij. q. clix. qd non est in eis vitiosum. Sed potius debitum ad significandum excellentiam sui mysterij vel cultus diuini. Diceret iterum aliquis. ex quo preciosis nimium vestibus non est vtendum nūquid vilibus competat vti? respondet Tho. vbi supra. Peccat qd vilioribus vestibus vtitur qd ceteri. et hoc si faciat propter iactantiam vel superbiam vt se ceteris pferat vitium enim superstitionis est. Si autem hoc facit propter inacerationem corporis et humili

ationem spiritus ad virtutem tempantie pertinet. et precipue competit his vti qui alios vbo et exemplo ad penitentiam hortant. Sicut fuerunt pphete. de quibus apostolus ad heb. xi. Circūierunt in melotis et pellibus caprinis. Et dicit glo. super illud Matth. iij. Qui penitentiam predicat habitū penitentie pretendat. Tercio excedunt aliqui in vestium carnalitate quod alio modo mollicies dicitur. de qua Matth. xi. Qui mollioribus induitur in domibus regū sunt ad hanc carnalitatez aut molliciem pertinet vt dicit Phil. vij. etbi. qd aliquis trahit vestitum per terram vt non laboret eleuando ipsum. et hoc tertio modo ppetrauit et excessit iste diues qui ad nudam carnem bysso induebatur quod est genus lini nimium candidi et molliissimi. vt dicit Isid. li. xix. etbi. Si autem non debet facere seruus dei. Quia super illud Matth. iij. Iohannes habebat vestimenta de pilis camelorum. dicit gloriosus seruus dei non debet habere vestimentum ad decorem vel ad delectationem sed ad tegendum nuditatem. Ideo dicit Gregorius. Nemo existimet in fluxu atq; in studio preciosarum vestium peccatum deesse. quia si hoc culpa non esset nullo modo dominus Iohem de asperitate sui vestimenti laudasset. Quarto peccat et excedunt aliqui in vestium extraneitate. sicut illi qui volunt habere vestes extraneas vestis alijs dissimiles. verbi gratia. cum clericus militare vestem vult habere vel religiosus seculare mulier. qd virilem. et principaliter cum sacerdos vult habere vestem coloratam videlicet viridem vel rubeam aut alias variam. cum tamen inbite sunt clericis tales vestes. extra de vita et bone. cleri. c. Aleri. vbi dicitur. Pannis rubeis aut viridibus nec manicis vtantur. Et potest ratio esse fm Guilbel. Quia tales colores in lana ouium non inueniuntur naturaliter. Si eni de voluisset lanam ouium talium colorum esse potuisset depingere oues sicut depinxit aues. Et forte a principio non fuit facta tinctura huiusmodi absq; curiositate et culpa. Et dicit Guilb. Audiui virginem innocentem quam remordebat conscientia sua de hoc qd habebat vestem alterius coloris qd naturalis. allegantem contra se qd ouis que nunq; peccasset pnta fuisset naturali colore. Ipsa vero que multum peccauerat precioso colore vteretur. Et in veritate cum homo mendicet vestem ab oue. iuxta illud Aug. Quis mandatum euangelicum implens de duabus tunicis vnam dat homini nō habenti. Suficere deberet homini mendicanti color ille qui sufficit ouis largienti. Sed superbus mendicatus est cui non sufficit quod illi sufficit a quo mendicat

Idco de illis dicit dominus Sophonie. *f. Vistita*
bo super reges et super filios regis. et super om-
nes qui induti sunt veste pegrina. Per vestem per-
egrinam intelligunt oēs vestium noue adinuentiōes
q̄s moderni nūc iuenerūt q̄ ab antiquo non fue-
runt. Et ve illis q̄ talium vestium nouitates et sp̄a-
litates iuenerūt. Sic enī laudabilis est q̄ nouum
viuēdi bonū modū inueniret. q̄ p hoc a deo san-
ctis oib⁹ in celo honoraret et particeps eēt oim
meritorū horū hominū qui ipsum in bonū imi-
tarent et gaudium suum in celo accidentale vsq̄
ad nouissimum diem augmentaret. sicut patuit
supra de corpore christi. ser. *f. xxxij. f. Ita* vita
perabilis est ille qui vitium nouū vel nouas in-
cisiones vestium adinuenit. quia ex hoc iram dei
grauiter erga se excitat et reus erit omnium pec-
catorum illorum qui eum in his imitantur. Et
si damnatur tunc pena sua accidentaliter augmē-
tabitur vsq̄ ad nouissimum diem a quolibet ho-
mine qui ipsum imitatus fuerit in hoc vitio vel
in hac noua vestium adinuentione. Circa hoc
queritur. *utrum mulieri liceat vti veste virili?* re-
spondet sanctus *Thbo. ij. ij. q. clxix. non licet.* Nā
cultus exterior competere debet conditioni p-
sone s̄m consuetudinem cōmunem. Et ideo de
se est vitiosum q̄ mulier vtatur veste virili. quia
gentiles tali habitu vtebātur ad idolatriā. Pōt
tamē hoc fieri q̄nq̄s licite siue propter aliquam
necessitatem vel causa occultandi ab hostib⁹ vlt
ppter defectuz alterius vestimēti vel hmoi. Sz
diceret aliq̄s. an clerici possunt vestes vel ba-
bitum trāsfōrmare? R̄ndet q̄ clerici nō debent
deferre vestes incisas vel virgatas neq̄s de seri-
co sed de lana nō nimis p̄ciosas vel viles. vt. xli
dist. *f. j. et p̄cipue in habitu debēt se transforma-
re quātū possunt illis inter quos viuunt seruata
sp̄ honestate. vt pbat di. iij. c. Arit. At. xxx. di.
c. Si quis virozum.* Et nō debent trāsfōrmare
vestes suas nisi causa pegrinationis timorē vel
alio simili. vt. xxi. q. iij. *f. p̄i. extra de vi. et ho-
ne. cle. c. Clerici.* Quicūq̄ autē v̄gata vel p̄tita
veste publice vtitur sine causa. Si beneficiatus
extiterit suspensus a fructuū p̄ceptione per sex
menses est ipso facto. Si non est beneficiatus
et ē in sacris citra sacerdotiū. p idē temp⁹ est in-
abilis ad b̄ficiū obtinendū. Idē de clericis alijs
vestē talē simul et tonsurā publice deferētib⁹ cle-
ricalē. Si h̄nt dignitatē vel b̄ficiū cū cura. vel
est sacerdos aut religiosus ē suspensus p annuz
a beneficio. et p idē temp⁹ sunt inabiles ad qd-
cūq̄ b̄ficiū eccl̄asticū obtinendū. vt de vi. et
ho. cle. in cle. *Qm̄ qui abiectis vestib⁹.* Sed. d.
a. nūquid laico licet vti veste monachi? r̄ndet q̄
in necessitate licet qdē vt si hō q̄reret ad occidē

dū pōt vti veste talī ad euadendū. q̄ necessitas
facit licitū. vt. vij. q. j. mutatiōes. Si autē q̄s vti
talī veste ad vanitatē vel ad ordinis derisionē
vt faciūt vani hoies i carnis priuio peccāt et sūt
puniēdi. q̄ dicit extra de vi. et ho. cle. cū deco-
rem. in glo. sup illo v̄bo mōstra laruatū. phibi-
tum est inq̄t etiā causa ludibrij vti habitu mona-
chali vel alio religioso. et grauit̄ punit̄ q̄ hoc fa-
cit. vt in autē. de scis. epi. *f. si. coll. ix. Et ar. f.*
de ep̄ali audientia li. j. ti. iij. *Neminem.* Quīto
excedunt aliqui i vestium decorositatē. Circa qd
nota. decor vestimentozum vel ornatus corpo-
ris potest esse peccatum mortale multis modis
Primo. ppter intentionem vt cū quis se ornat
tali intentione vt velit ab alijs p̄cupisci. Quia
vt dicit Aug⁹. Non solum appetere sed etiā ap-
peti velle curiosus est. ideo dicit Chrys⁹. in li. de
compunctione. Si mulier se decorauerit et ad se
visus hominum prouocauerit extremam vindī-
ctam sustinebit. ergo mulieres vel virgines que
se ornant vel facies suas decorant vel colorant
vt ab alijs concupiscant peccant grauiter quā-
uis etiā non habent consentiendi voluntatē eis
si eas p̄cupiscant. dicit tñ *Gualthel. in sum. viti.*
Multiplex est int̄tio mulierū ornantiū se. que-
dam se ornant vt concupiscant ab alijs q̄ a vi-
ris suis qd constat esse mortale peccatū vt statū
supra patuit. Alię ornāt se ex supbia vt excedāt
alias in pulchritudine vt saltem non excedant
ab alijs vel ex amore vane glorie vel laudis vt
dicat q̄ ipse fuerint pulchre et tales sic se ḡman-
tes peccāt p̄tra multos. Primo p̄tra seipsas. q̄
decorē aīe sue deturpāt. et seipsas in aīa mortifi-
cant. et hoc volūtariē. q̄ dicit Aug⁹. *Mors cor-
poralis necessaria ē. mors autē aīe volūtaria. vñ
corp⁹ mulieris peccatrici supbe ornatū ē aīe
mortue sepulcrū.* Et quāto pl⁹ corpus ab extra
ornat et colorat tanto magis aīa denigrat. Se-
cūdo peccāt p̄tra christū. q̄ sanguinez ipsi⁹ de
nouo effūdūt. Q̄ sic de sano corpe hūano non
pōt abscidi mēbrū sanū sine sanguinis effusiōe.
Sic nec bon⁹ i grā existēs pōt occidi p occasio-
nem peti mortalis a corpe xpi mystico ipsi⁹ xpi
sine mystica christi sanguinis effusiōe. q̄ omēs
hoies in grā exītes sunt mēbra xpi et xps ē cor-
pus et quātū cūq̄ p ornatum corp̄is alliciūt ali-
quem ad malā p̄cupiscentiā. tūc vñ mēbrū
a corpe xpi abscindūt. denuo ipsi⁹ sanguinez ef-
fundūt. ideo dicit *Bern. in ser. Nōne tibi videt̄
grauiorē ab eo xps sustinere persecutionē qui
suggestione maligna. exemplo pernicioso. scan-
dali occasione ab eo peruertit animas quas
redemit q̄ a iudeo qui sanguinem illum fudit?*
quasi diceret. vtiq̄. Tercio peccant cōtra omē

Dñica prima post trinita.

nes sanctos. quia dicitur **Luc. xv.** Gaudius est angelis super vno peccatore agente penitentia et hoc gaudio eos priuant qui aliquem hominem per ornatum superbum ad concupiscentiam trahunt. ideo dicit **Ambrosius.** an non angelos ingemiscere credimus cum homo penitens ad peccatum reuertitur? quasi diceret. sic. Quarto peccant contra proximos quos spiritualiter occidunt. Nam diabolus utitur eis tanquam gladio ad occidendum filios dei. Et si dicat aliqua se non habere malam intentionem. respondeo quod nec gladius malam intentionem habet quando illo aliquis occiditur. Sed utens eo habet malam intentionem hoc est diabolus qui utitur mulieribus his ornatis tanquam gladio habet ibi malam intentionem. Et licet etiam nullus haberet ibi malam intentionem nihilominus mortuus esset qui occisus fuisset et esset. Et secundum leges qui occasionem damni dat damnum dedisse videtur. ut extra de iureiur. et de dā. dato. Si culpa. Ideo dicitur **Exod. xxj.** Si quis aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam. ceciderintque bos vel asinus in eam dominus cisterne reddit precium iumentorum. Cisterna habet aquam ad remedium sitis. incautis autem potest esse precipitii occasio. Sic vxor alicuius que viro suo est remedium fornicationis euitade. alij occasio mortis potest hec esse cisterna aperta quando mulier ornatur. In eam vero non apertam bos vel asinus cadit quando occasione pulchritudinis quam mulier incaute ostendit aliquis preit et in hoc casu de manu mulieris anima requiritur viri pereuntis. Tertio se ornant ut viris suis placeant. quod licite potest fieri. quia dicit sanctus **Thomas. ij. ij. q. clxix.** Mulier in matrimonio constituta licite potest operam dare. quod viro suo placeat ne per eius contemptum in adulterium prolabatur. Cum dicit apostolus. **j. Corinth. vij.** Mulier que nupta est cogitat que mundi sunt quomodo viro suo placeat. Sed de talibus mulieribus accidit interdum. quod cum viros suos custodire volunt. quandoque spiritualiter occidunt quod occasione eis prebent quod nimis eas amant. Quia omnis amator vehemens vxoris sue adulter est. ut dicit **Hieronymus. xxij. q. iij.** Prius ergo. Sed hoc in glo. intelligit in quantum recedit ab amore dei. vel si homo huiusmodi preponitur amori dei peccatum est mortale. Secundo peccant tam viri quam mulieres cum se ornant ex superbia extollendo se super alios homines eos videlicet qui non habent talem ornatum continentendo. de hoc dicit **Innocentius** de vita humane condi. Superbus ut magnificus videatur facit vestiri mollibus. duplicibus indui. preciosis

ornari. et de quolibet tali dicitur **Luc. xliij.** Qui se exaltat humiliabitur. Tertio peccant in ornatu corporis facies suas colorando in contemptum sui creatoris. Quia dicit **Ambrosius** Peles picturam dei si vultum tuum naturali colore obnubilas. et exquisito rubore perfundis. Et tales similes sunt lucifero quem deus adeo pulchrum creauit ut omnis lapis preciosus operimentum diceretur suum. **Ezech. xxvij.** Attamen voluit pulchrior esse. cum deo attemptauit se adequari. **Esa. xliij.** Ascendam in celum et ero similis altissimo. Sic et multi volunt se facere pulchriores quam deus qui eos fecit et plasmauit. Sicut illi qui habent facies pallidas volunt eas facere rubeas atque albas. et qui habent nigros crines volunt habere glaucos. et qui habent crines planos volunt habere crispas. et sic de alijs et his cum apparuerint ante tribunal districti iudicis christi. dicit christus querendo **Matt. xxij.** Quis est hec imago? quasi diceret. non est mea. quia se aliter fecerunt quam ego eos creauim. Et respondent angeli. hec est imago cesaris scilicet diaboli qui est rex super omnes filios superbie **Iob. xli.** tunc dicit christus. Date cesari que sunt cesaris. et hoc semper intellige de his qui se ex superbia ita colorauerunt. et impenitentes discesserunt. Dicit enim sanctus **Thomas. ij. ij. q. clxix.** Huiusmodi fictiones sine peccato esse non possunt. non tamen semper est mortale. Sed solum quando fit propter lasciuiam vel in dei contemptum. Et subdit. aliud est fingere pulchritudinem. et aliud est occultare turpitudinem ex aliqua causa peruenientem puta per egritudinem vel huiusmodi. hoc enim est licitum. quia secundum apostolum. **j. Corinth. xij.** Que putamus ignobilia esse membra corporis his abundantiorum honorum circumdamus. Quarto peccant in ornatu propter nimiam complacentiam et amorem et sollicitudinem ad ornatum corporis. Et talis amor tantus potest esse quod potest esse peccatum mortale et damnatum. sicut refert **Humbertus.** quod fuit quedam mulier in frantia deuota que semel fuit in raptu. vidit in spiritu magnam comitissam que fuit ei familiaris et tamen animam eius demones traherent ad infernum. ipsa comitissa eiulando exclamauit heu me miseram. quia factis casta fui et abstinens et clemens. nec pro alia re damnor nisi propter ornatum vestium quem dilexi nimium et ammonita non cessavi. Refertur de alia que propter ornatum vestium et corporis nimium in morte non recipere meruit eucharistie sacramentum. Sed duo pulcherrimi iuuenes assistentes acceperunt hostiam de manu sacerdotis et ipsa obiit sine sacramento. et

tñ de secundo. Quantum ad tertium iste diues
 reprehenditur de gulositate in edendo cum sub
 iungitur. et epulabatur quotidie splendide. **Cir-**
 ca quod nota q̄ multis modis excedūt diuites
 in gulositate edendi in quibus et iste diues ex
 cessit. primo in ciborum varietate. sicut de mul
 tis mundi diuitibus expertum ē. et quotidie ex
 peritur. qui non in quattuor vel in quinque fercu
 lis contentatur. Sed aliquando fercula eorum
 adeo multiplicantur. q̄ etiam comedentes in se
 dendo attediantur. et talis multiplicitas cibo
 rum et varietas agit pro magna parte ad vite
 ipsorum breuitatem. quia dicitur **Eccl. xxxvij.**
In multis escis non deerit infirmitas. disputat
 enim **Macrobius** secundo saturnialium. vtrum
 difficilioris digestionis sit cibus simplex vel cō
 formis vel multiplex et difformis. Et respondit
 ad illam questionem **Richardus philosophus.**
 q̄ simplex cibus et vniformis sit facilioris dige
 stionis. **Primo** enim videmus q̄ pecudes que
 simplici alimento vescuntur semper sana sunt.
 et aliq̄ne pecudes infirmantur potissime ille que
 hominum voluptas per varietates ciborum ni
 titur saginare. **Secunda ratio** quia simplex ci
 bus cito digeritur in cuius signum omnis me
 dicus simplici cibo reficit infirmum vt natura
 scilicet debilis facilius simplicē cibum in sui na
 turam conuertat. **Tertia ratio** quia sicut citius
 nocet vini diuersitas q̄ idem vinum in equali
 quantitate. ita varietas ciborum in aliqua quā
 titate plus resistit nature q̄ vnus cib⁹ simplex
 in consimili quantitate. **Quarta ratio** est quia
 qui simplicem cibum sumit si postea infirmetur
 facilius causam sue infirmitatis perpendit et p
 consequens potest se facilius precauere vel a ta
 li cibo se abstinere vel minuendo quantitatem.
 quia si multis et varijs vteretur tunc nesciret
 cui deberet imputare. igitur simplex dieta salu
 brior est insectanda q̄ multiplex. **Quinta ratio**
 est talis. diuersorum ciborum receptorum i sto
 macho diuersa est natura. et ideo agente natu
 ra vniformiter ex parte sui quedam citius dige
 rentur alijs manentibus adhuc crudis. **Illud**
 autem q̄ prius infra stomachum manens con
 uertitur cum expectat ibidez illud quod postea
 digerendum est et corrumpitur et arescit. sicut
 in eructationibus satis patet. igitur quando ci
 bus iste vniformis et idem vniformiter digeri
 tur vitatur talis putrefactio in stomacho. vnde
 relinquitur q̄ cibus simplex facilioris sit dige
 stionis q̄ cibus multiplex. hec ille. **Quia** ergo
 potentes et diuites multis ferculis et varijs ve
 scuntur ciborum generibus frequentius infir
 mantur et citius moriuntur. **Quia dicit Sene-**

ca in epistola. **Multos inquit multos mltā fer**
cula fecerunt. Refert enim **Helinandus.** q̄ epi
 scopus quidam interrogauit quendam adoles
 centem. vnde inquit contingit q̄ sanior et pul
 chrior esset in claustro q̄ esse solebat in seculo.
 ille ait. quia vniformiter viuo. in seculo autē dif
 formiter et multiformiter viuebam. **Qui episco**
pus. quid inquit comedisti hodie? satis ait ille.
Quid heri? similiter satis. **At ille.** non quero in
 quit de quantitate. sed de qualitate. quid come
 disti hodie? quid heri? **Heri** inquit comedi pisa
 et olera. hodie olera et pisa. et deinceps pulchro
 circumitu eadem verba replicauit vt ostēderet
 se vti dieta vniformi que sanitatem prestat et de
 cozem. Refert etiam **Andorxus** in gestis philo
 sophorum de **Platone** qui fuit philosoph⁹ athe
 nensis. et fuit in cibis moderatus. idcirco non
 laboribus fractus. sed vita sanus extitit et lon
 geus. **At** enim de ipso **Tullius.** q̄ cum **Tim**
otheus clarus athenis atq̄ princeps ciuitatis
 apud **Platonem** cenam peregisset. eiusq̄ conui
 nio fuisset delicatus. quia cum moderamine sue
 runt omnia parata. post triduum princeps di
 xit **Platoni.** cene tue non solum in presentia sz
 postera die sunt iocunde. **Quia** non varietatem
 vel diuersitatem apposuit ferculorum. sicut fa
 ciunt potentes mundi propter superbie osten
 sionem. **Quia** **Seneca** ad **Lucillum.** vbi diuer
 sa sunt cibaria inquinant et non alunt. **Secun**
do excedunt aliqui in ferculorum delitiositate. **S**
Sicut Numeri. xj. de filiis israel qui in heremo
 carnes desiderabant. **Et** iste diues epulabatur
 quotidie splendide. **Contra dicit Seneca.** Pa
 latum tuum fames excitet non sapor. triplici
 autem ratione vt dicit **Guilhelmus.** non de
 bet homo querere cibaria delicata propter na
 turam vasis. **Primo** cui cibos quos sumit infū
 dit. corrumpitur enim quicquid infunditur.
Si quis haberet aliquod vas quod corrumpe
 ret vinum quod esset infusum ipse non infunde
 ret ibi de meliori quod haberet. sed de viliori.
Ad hoc patet quod dicit **Isabel** propheta capi
 tulo primo. **Alulate** qui bibitis vinum in dulce
 dine. perijt enim ab ore vestro. **Ad hoc idem** di
 cit **Innocentius** de vi. hu. conditi. li. ij. c. xviij.
Sula charum tributum exigit. sed vilissimum
 reddit. quia quanto sunt delicatiora cibaria. tā
 to fetidiora sunt stercoza et turpius egerit quod
 turpiter ingerit. **Secundo** propter hoc nō sunt
 querenda delitiosa. quia cum delectabilia tibi
 dantur cibaria in adiutoriu carnī aduersus spi
 ritum concupiscenti erunt et duo contra vnum.
 et vincitur spiritus. vnde **Bern. de condimētis.**
Sufficit vt comestibiles fiant nō p̄cupiscibiles

Dñica prima post trinita.

Sufficit enī concupiscentie malicia sua que vix aut nullo modo pertransire posset ad finem ex-
plendum necessitatis nisi per abstinētiā ubi
quātūcūq; delectationis cepit habere irritamē-
ta. sunt duo contra vnum periclitaturq; consci-
entia. Tertia propter hoc cum carni delitie dā-
tur post vult eas ex consuetudine habere. Iux-
tā illud **Proverb. xxiij.** Adolescens iuxta viam su-
am graditur. et cum senuerit non recedet ab ea.
quare hoc? quia cōsuetudo est altera natura. i.
alterat naturam. **ij. ethi.** Ideo refert **Hiero.** de
epicuro philosopho. q̄ licet esset tante volupta-
tis q̄ in ipsa constitueret felicitatem. cibos ta-
men suos repleuit oleribus pomis et cibis vili-
bus determinans esse sic viuendum. eo q̄ epule
exquisite maiorem habeant penam inquirendo
q̄ voluptatem abutendo. Nec posse nos vaca-
re sapientie si abundantiam et frequentiam men-
se cogitemus. Refert enim **Valerius** in polierato
li. iij. de **Alexandro.** qui in itinere existens pa-
nem comedebat nec delitiosa fercula curabat.
Narrat etiam in gestis **Romanorum.** q̄ **Augu-**
stus cesar minimi cibi erat. panē et pisciculos mi-
nutos bubalum manu pressam et ficos virides
appetebat. Tercio excedunt aliqui in cibi auidi-
tate sicut qui nimis auide vel ardentem sumunt
cibum illum quemadmodum **Esau.** **Gen. xxv.**
Qui veniens de campo erat valde lassus vendi-
dit primogenita pro lenticula rubea. Contra
quod dicit **Sapiens Eccl. xxxvij.** Noli auidus
esse in omni epulatione et non te effundas super
omnem escam. propter crapulam enim multi pe-
rierunt. Qui autem abstinens est adijciet vitaz
Et dicit **Guilhelmus.** Signum auiditatis in sumen-
do cibum est tremor manuum ciphum vel bolū
tenentium effusio. Ideo dicit **Innocentius.** de vi. hu.
condi. li. ij. c. xviij. Gula paradisum claudit p-
mogenita vendit suspendit pistorē et decollat
baptistam. Et infra. c. xix. Quid turpius ebrio
so cui fetor in ore. tremor in corpore. qui promit
stulta. prodit occulta. cui mens alienatur et fa-
cies transformatur? Quarto excedunt aliqui in
ciborum assiduitate qui frequenter assumunt ci-
bum cum tamen sufficiat homini bis ad plus in
die sumere cibum. frequens enim sumptio. cibi
multum nocua est corpori. Secundum enim ar-
tem medicine deteriores est rebus. vna est ci-
bum addere super cibum indecoctus. Unde me-
trista. Tu nunq̄ comedas stomachum nisi no-
ueris inde purgatum. vacuumq; cibo quē sum-
pseris ante. Adcirco ad frenandum gulam vide
aliqua remedia spiritualia supra dominica. iij.
sermone. xiiij. S. Sunt et alia remedia genera-
lia totius gule expulsiua. Primum est conside-

rare vilitates gule. Prima quia gulosi vincunt
voracissimum animalium ferocitatem aut edaci-
tatem. Nā sicut dicit **Seneca.** epistola. xcviij. Lau-
rus paucorum iugerum pascuis impletur vna
etiam silua pluribus elephantibus sufficit. ho-
mo autem vix aere terra mari pascit. itaq; ven-
tri obediētes animalium loco numerentur nō
hominum. Secunda vilitas q̄ turpe est q̄ ho-
mo iter omnia animalia bruta stomachi sui mē-
suram non cognoscat. Unde **Seneca.** O q̄ tur-
pe est homini rationali plus cibi ingerere. q̄ na-
tura cupiat. et stomachi sui non nosse mēsuram.
Tertia vilitas q̄ ipsorum gulosorum deus ven-
ter ē. ad **Phil. iij.** Quod pulchre probat **Hugo**
li. ij. de claustro anime sic dicens. Solent dijs
templa erigi. ministri ad seruiendum ordinari.
pecudes imolari. thura cremari. Siquidez deo
ventri templum est coquina. altare mensa. coci
ministri. pecudes sunt cocte carnes. fumus aut
incensorum est odor saporum. Tales enim sunt
qui nullum festum credunt nisi quando bene co-
medunt. Secundū remedium est q̄ bene et dili-
genter nocumenta considerentur que homini p-
gulam inferuntur. et hec sunt tria. quia primo in-
fert mortē nature. Iuxta illud **Eccl. xxxvij.** Pro-
pter crapulam multi perierūt. Et **Galienus** dicit
Plures occidit gula q̄ gladius. Itē mortē aie. j.
Animo. v. Vidua in delitijs viuēs ē mortua. Iō-
dicit **Job. vi.** Aut gustare quis poterit qd gusta-
tum affert mortem. Itē perditionē vite eterne q̄
est mors eterna. quia diues epulo sepultus ē in
inferno. Scdm nocumentum quia gula exclu-
dit hominē a paradisi gaudijs. vt patet i **Adā**
Item priuat hominem dignitate spūali. vt patz
in **Esau** qui primogenita perdidit propter len-
ticolam. de quo supra. Item in corde disponit et
preparat locum aduersarijs. **Matth. viij.** Si
eijsis nos hic mitte nos i porcos. i. in gulosos
et voluptuosos. Tertiu nocumentū est q̄ homi-
ni subiecit omnibus calamitatib⁹ presentis mi-
serie quarū nullam homo sensisset si per gulam
preuaticatus **Adam** dei preceptum non fuisset
Tertium remedium est q̄ homo semp sequatur
rationis ductum cum apostolo **Phil. iij.** Scio
sacari et esurire. scio abundare et penuriam pa-
ti. Quod verbum pertractans **Gregorius** in li.
moral. dicit. Qui acceptis alimētis nō ad iniur-
gitationem ventris vitur. Sed ad reparationē
virtutis nec plus carni tribuit q̄ necessitas ex-
igit scit satiari. Qui alimentorum inopiam sine
murmure tollerat. nec pro necessitate vict⁹ agit
aliquid. vnde anima laqueum peccati incurrat
scit esurire et sitire. Quē vero superbia in abun-
dantia nō eleuat vel in necessitate cupiditas nō U

irritat nouit abundare et penuriam pati. Sunt et alia remedia preter illa tria contra gulositatem. Primum est elongatio ab his que dant occasionem excedendi in cibo et potu. Sicut est delectabilitas vel varietas aut nimietas ciborum licet enim illud *Eccl. xxi.* quasi a facie colubii fuge peccata et si accesseris ad ea suscipient te. videatur generaliter dictum de omni peccato specialiter tamen potest referri ad ista peccata in quibus temptat sanitas vel voluptas. In illis enim in quibus temptat aduersitas melius potest expectari confictus. Sed non est securum accedere ad mensam ubi nimia varietas et per delicata apposita sunt homini qui vult curari ab hoc vitio. hoc insinuat *Gen. iii.* ubi legitur vidit mulier lignum quod esset bonum ad vescendum et pulchrum oculis aspectusque delectabile tulit de fructu illius et comedit. Ideo dicit *Gregorius.* Non licet intueri quod non licet concupisci. Et *Esa. xxviii.* loquens de flore exultationis glorie dicit. Quod cum aspexerit vidit statim ut manu tenuerit denotabit illud. quare non est securum videre delectabilia. Secundum remedium est frequenter considerare qualis post mortem sit caro futura que modo per gulositatem impinguatur. hoc remedium dicit *Gregorius.* Nihil enim valet ad domandum carnis desideria sicut cogitare qualis sit caro futura mortua. Tertium remedium est meditatio eterne vite siue cene. ad quam inuitati sumus. hoc remedium docuit nos dominus ubi ad cenam illam nos inuitatos esse docuit. *Luc. xiiii. 22.* Aliter meditatur ad cenam delicatam inuitatus. qui ergo inuitatus est parum comedat in prandio ne cenam amittat magnam. ad hanc cenam perducatur nos pater et filius et spiritus sanctus.

De eadem dominica Sermo. ij.

Mortuus est diues et sepultus est in inferno eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis vidit *Abraham* a longe et *Lazarum* in sinu eius. Ita scribitur *Luc.* ubi supra. *Plinius* in speculo natura. dicit. *Aecos* catulos parit canis qui quanto longiori tempore nutriuntur lacte tanto tardius visum accipiant. Idem dicit *Aristo.* viij. animalium. *Atuli* inquit canis omnes ceci nascuntur et ante nonum diem nihil vident. et si hoc tempore pascuntur lacte pingui tunc aut nihil aut male videre possunt. Si autem macro lacte nutriuntur tunc clare vident. et fortiores erunt et quando eis parce datur cibus. ut dicit *Plinius*.

Optimus est fetus qui nouissime cernere incipit. vel quem primo mater defert in cubile. *Mors* autem liter omnes homines generaliter generantur. ceci non habentes oculos fidei sed ut gentiles nati sumus et in *ira* dei. Iuxta illud apostoli ad *Eph. ii.* *Eramus* natura filij ire sicut et ceteri. scilicet gentes. Sed cum per gratiam in baptismo renati sumus et ad etatem adultam iam peruenimus adhuc in cecitate manemus quod mala nobis imminetia non videmus. Ideo dicit dominus. *Esa. xlii.* Quis cecus nisi seruus meus? Et ratio huius cecitatis est quia nutriuntur in lacte pingui deliciarum huius mundi. quo impediuntur oculi multorum ne videant gaudia electorum aut penas damnatorum. qui autem nutriuntur lacte macro tribulationum cognoscunt seipsos et deum. sicut factum est ad litteram de his duobus videlicet diuite avaro et *Lazaro* mendico. Nam diues in delictis excecatus fuit nec est mala sibi futura contemplatus. ideo finaliter in inferno est sepultus. Sed pauper per suam miseriam in requie est translatus. Quia dicitur in hodierno euangelio. factum est ut moreretur mendicus et portatus est ab angelis in sinum *Abraham*. Sed de diuite dicunt verba prelibata. mortuus est diues et cetera. In quibus verbis describitur pena damnati diuitis dupliciter ab inferiori in profunditate tormentorum. A superiori in visione electorum. Quantum ad primum describitur pena ipsius ab inferiori in profunditate tormentorum cum dicit euangelista. *Mors* tuus est diues et sepultus est in inferno. Circa quod notandum mors est triplex. Prima est corporalis et fit quando a corpore anima propter defectum caloris naturalis et humiditatis radicalis separatur. Iuxta illud *Aristo.* in de mor. et vita. *Mors* est corruptio in omnibus scilicet animalibus propter calidi defectum. et hec mors est communis singulis viventibus. Item illud *secundum* *Reg. xliij.* Omnes morimur et sicut aqua in terram dilabimur hec mors est semper cogitanda. Quia dicit *Bernardus* in quodam sermone. ubi non cogitantem de morte reprehendit dicens. Miser homo quare non omni hora ad mortem te disponis. cogita te iam mortuum cum sis de necessitate moriturus. distingue qualiter oculi vertuntur in capite. vene rumpuntur in corpore. et cor scindit dolore. hec *Bernardus*. Hanc mortem iste diues non cogitauit. quod si eam cogitasset in superbia et gulositate non peccasset. quod dicit *Plato* in fredone mortis. Meditatio est quasi frenus hominum affectus refrenans. ne affluant et discurrant per latitudines ambitionum et libidinum. Secunda autem mors est spiritualis et nihil aliud est nisi recessio dei ab homine. Tunc enim anima moritur cum